



8905 IV



Darował p. Jan Poznański (ok. r. 1930).

Opraciono w r. 1935.





# SIGISMUNDUS AUGUSTUS

Dei gratia Rex Poloniae magnus Dux Lithvaniae Russiae Prussiae Masoviae  
Samogitiaeque et Dominus et haerens Significamus presentibus literis nostris quorum interest  
universis et singulis presentibus ac futuris harum notitiam habituris exhibita esse coram  
nobis per venerabilem Albertum Basium Sebresinensem artium magistrum, hospitalium et  
conventuum Sancti Spiritus in Polonia administratorem generalem nomine generalis  
capituli Fratrum Hospitaliorum ordinis Sancti Spiritus in Regno nostro Statuta ordinis  
illorum: continentia in se bonum regimen et ordinationem, honestatis et utilitatis suorum  
hospitalium conventuumque Sancti Spiritus, Cracoviae Sandomiriae Calisiae et videlicet ex  
parte pauperum: Infantum proleptitorum: piosorumque: ex parte incolarum subditorum, commoran-  
tium in fundo et villis ad ipsorum monasteria pertinentibus: ex parte magistrorum seu  
praepositorum, hoc est propositorum hospitalium atque conventuum et Fratrum eorumdem esse.  
Supplicatum que est nobis per certos Consiliarios nostros, ut ea ipsa Statuta, auctoritate nostra  
Regia tanquam Supremi Tutoris et patroni, hospitalium spiritualiumque honorum, vetusta  
innovate, neglecta revocare, et in abusum versa, debite executioni demandare, approbare, ratificare,  
confirmare, atque super eadem consentire dignaremur. quorumquidem Statutorum tenor de verbo  
ad verbum sequitur, esse talis; imprimis ex parte Hospitalium Statuta haec sunt Primum:  
Inbetur: mandato concilii Viennensis: cuius formam Concilium Tridentinum servasse praecipit, ut  
hospitalium religiosorum Rectores qui in hospitalitate sunt fundati, secundum sui ordinis insti-  
tuta et antiquas observantias, providere pauperibus, et hospitalitatem debitam in hospita-  
libus suis, tenetis provident: coganturque ad id per superiores suos, aucta distinctione  
constituimus, perpetuoque duraturum decernimus ne erga miserabiles personas hospitali-  
um nostrorum debitum officium nostrum, ad quod praecipue iuramento Solemni in  
professione ultro obligamur, a nobis nostrisque successoribus negligatur: Sed non solum  
in spiritualibus, verum etiam temporalibus, egenis et Infirmis, miserabilibus personis  
nostrorum hospitalium, a nostris praepositis diligenter et pie provideatur. Igitur praeter  
proventus seu census specialiter pro victu pauperum nostrorum longotemporis usu per  
varios pros homines, assignatos, ex bonis assignatis Monasteriis nostris, ejusmodi tan-  
tulum perpetuam Eleemosinae pensionem, per Fratres praepositos nostros pro tempore  
existentes, dari constituimus. Reliquos vero proventus ex bonis conventuum nostrorum  
pervenientes non nisi in usum ecclesiae et conventus convertendos esse fideliter per  
nostros praepositos perpetuis temporibus decernimus. Fratres praepositi hospitalis  
et conventus Cracoviae, miserabiles personas, in nostro hospitali Cracoviae: per D. Episcopum  
Cracoviensem, Fundato singulis diebus, semel in die, secundum antiquam consuetudi-  
nem pane majori quam qui Cracoviae denario emittitur, ex bonis monasterii temporibus  
perpetuis provideat Magistris Stubarum omnium, als Amackowham, et lotici Achena-  
rum als Kollatze per unum par panis detur. In stuba infirmorum als W. Scholmes: in  
Sacello, vel majori atrio: in magna stuba: in anteriori parte domus als Na gyanter: et  
in portico transitus singulis egenis et Infirmis, distribuatur per unum panem, ad  
Stubam praegnantium mulierum als do Behatek, duo compagine panis als dua Rzende

lotidem panes ad Stubam pupillarum Infantumque projectitorum Semper singulis diebus semel per diem dabuntur. In defectu panis Praepositus cracoviensis loco panis singulis miserabilium personarum nostri hospitalis, per denarium dare inremissibiliter tenebitur. Sicut praepositus Calisiensis proventus et census longo temporis usu assignatos pro victu miserabilium personarum in hospitali nre s. spns Calisiae fundato a sedo Premist duce majoris Poloniae de gentium quinque marcas pecuniae ex villa nostra Nysees quae est decem mansorum ee singulis annis ad carbona ejusdem hospitalis temporibus perpetuis in usum pauperum convertendas, dare tenebitur. Hospitali vero Sendomiriensi fundato a Legotta castellano Crac. praeter proventus longo usu temporis pro victu egenis et infirmis in eodem hospitali nostro existentibus specialiter assignatos, censum a pecunia nostra proveniente pro villa Smielore ex possessione conventus nostri redempta singulis annis ad carbonam hoc Spitalis. in usum miserabilium personarum convertendum perpetuis temporibus assignamus. Secundum: Tenebunt Tenebunt praeterea Praepositi nostri Cracoviensis: Sendomiriensis: Calisiensis ee orphanis projecticiis masculini sexus in hospitalibus nostris educatis Pedagogos, eosque certo salario et victu de anno in annum providebunt: Feminei vero sexus orphanos in arte huic sexui conveniente, praeviosores hospitalium nostrorum informati, per honestas matronas diligenter curabunt. Senes autem et adulti pueri, secundum praecipuum regule, in discretionem Praepositi, hoc est, praepositi permanerant Tertium. Injungimus Fratibus, hospitalariis, in hospitalibus nostris per nos in generali capitulo assignatis et assignandis us decumbentibus infirmis diebus Dominicis et celebrioribus Festis Evangelium praedicent: Et loco Praepositi in hospitalibus nostris Infantum, Hospitum, Pauperum, miserabilium personarum, cum sollicitudine curam gerant: scientes sine dubio pro his omnibus, in die Judicii, Satisfactionem reddituros. Quartum: concedimus ut ad S. hospitalarium, in generali capitulo, hospitali nostro assignatum et assignandum, tamati Proconsul et Consules Cracoviensis: Calisiensis: Sendomiriensis: ee unum ex consulis illorum vel Scabinis in provisorem hospitalis nostri eligendi habeant facultatem: cui deinceps ut alter consulum vel Scabinorum vel concinuum, per S. praepositum et suum conventum nominatus selectus, adjungatur. S. Praepositus hospitalis nostri Cracoviae Sendomiriensis Calisiae, ee proconsulem, consulesque petet: idque ideo, ut horum auctoritate et scientia donati census per concines, et testamentaliter legata, hospitalibus nostris, Facilius eligemini: neque occultari possint. Quintum: Stigendi erunt ex civibus isti ejusmodi provisores duo, secundum constitutionem Concilii Viennensis a Concilio Tridentino innovatam, viri providi, idonei et boni testimonii, qui sciant, vellent et valeant loca ipsa, bona etiam ac jura utiliter regere, et eorum proventus et redditus in miserabilium personarum usum Fideliter dispensari: et quos in usus alios bona praedicta convertere, praesumptio verisimilis non existat. hi etiam bnr Sedm decretum Concilii Viennensis: quibus dictorum hospitalium gubernatio seu administratio, committitur, ad instar Tutorum et curatorum, Juramentum praestare, ac de locorum ipsorum bonis inventaria conficere, et rationem singulis annis de administratione facere. S. hospitalarius a Juramento liber erit: huic enim et omnibus nobis peculiariter ex professione cura hospitalium incumbit, idcircoque

Provisores

Provisores  
bonorum  
mobilium  
relictorum

M

Facimus peculiare votum in professione, ut Dominis nostris pauperibus  
 seruiamus, et bona eorum fideliter serua custodiamus. Forma Iudamenti  
 priorum ejusmodi ex conceptione nostra hospitalibus nostris deputatorum  
 haec erit. Ego H. Juro quod proventus hospitalis istius Sancti spiritus in  
 usum personarum miserabilium in eo existentium assignatos et assignandos,  
 fideliter custodiam diligenter eligam, et non nisi in usum miserabilium  
 personarum; eorumque familiae distribuam; sic me Deus adjuvet et haec  
 Sancta cruce. Sextum: magistras hospitalium nostrorum et in eis stabulum  
 atq; ministrum albo q; machonhe F. Prepositus et S. hospitalarius cum prioribus  
 preficere tenebuntur, personas graves bene commendatas in vita moribus et pietate  
 que fideliter pauperes et infirmos, provideant seruiantque: bona pauperum et elemo-  
 -sinas, non nisi in usum eorumdem convertant: et ut id cartius fiat, iudamento  
 comprobabunt in hunc modum. Ego H. Juro quod Dominis pauperibus infir-  
 -misque meae curae commissis fideliter seruiam: eosque pro posse vitium meorum  
 ex facultatibus hospitalis istius, et elemosinis mihi conceditis providebo, bona  
 hospitalis et elemosinas fideliter custodiam, et non nisi in usum pauperum  
 infirmorumque conferam: Res pauperum per obitum relictas non alienabo,  
 sine scientia hospitalarii et compriorum nec ex eis quicquam auferam, in usumque  
 meum convertam, sed fideliter tradam hospitalario cum prioribus seruandas  
 honestatem hospitalis per me et cohabitantes mecum Deo adjuvante diligenter  
 conservari curabo: sic me Deus adjuvet et haec sancta cruce. Septimum:  
 Comprioribus ejusmodi tres ut premissum est bona relictas mobilia digna usui  
 humano, more cuiuscumque pauperis diligenter conservant et in hospitali in  
 loco certo conservari faciant: deinceps cum omnium nostro consensu dispensanda  
 partim pro usu pauperum, partim pro hospitali, partim pro Ecclesia. Octavum:  
 constituimus ut carbana seu cistella hospitalis, in omnibus hospitalibus nostris  
 vrbis Cracoviens, Sandomiriens, Calisiens ec per prepositos bene munita paratur  
 ad servandum census proventusque omnes pecuniarios ad hospitale pertinentem ad  
 servandum iura et statuta, inventaria Registra perceptorium et expensarium  
 hospitalis servetur autem vel in Ecclesia: vel apud alterum priorum in loco tuto.  
 Ab ea carbana primam Clavem S. hospitalarius habebit: alteram secundus priori-  
 -sorum, apud quem non servabitur carbana hospitalis, si autem in Ecclesia serva-  
 -bitur carbana, singuli priorores et singulas Claves ab ea servabunt, nihilque  
 ex carbana capiatur aut dispenseetur, sine scientia et consensu priorum ejusmodi  
 priorum. Nonum: S. hospitalarius cum ejusmodi suis comprioribus  
 seu administratoribus nostrorum hospitalium Cracoviens, Sandomiriens, Calisiens  
 rationem de proventus hospitalis facere tenebuntur de anno in annum ibidem  
 coram S. preposito conventus et hospitalis nostri in presentia alicujus Canonici  
 vel officialis spiritualis loci illius ad eum actum per prepositum rogati: in  
 presentia quoque unius consulis et Scabini senioris ex officio consulum depu-  
 -tatorum Tertio autem quolibet anno hospitalia subjecta conventui nostro  
 Cracoviens vrbis Sandomiriens Calisiens ec coram preposito Cracoviens nostro

Bona  
 bonorum  
 mobilia  
 relictorum

M

vel administratore visitatore que generali hospitalium et conventuum nostrorum  
Sancti Spiritus in Polonia sunt astricti rationem facere ex proventibus  
hospitalis percepta proventus que ex crescentiam proventuum hospitalis  
illi ostendere. Quod si magistri hoc est prepositi negligentia vel malitia  
differetur ratio per hospitalarium et comprovisores ex proventibus hospitalis  
facienda ultra dimidium anni sequentis magister huic pœne subiacet.  
quarta et sexta feria in pane et aqua jejuret. Si secundo et tertio  
anno idem facere neglexerit in generali capitulo deponatur et alior  
diligentior et melior in locum ejus eligatur et constituatur. Decimum  
Pauperes infirmi una die cujuscumque hebdomade secundum prescriptam  
Regule, per vias et plateas querantur per S. hospitalarium et in hospitale  
nostrum Sancti Spiritus deferantur deducanturque, et cura eorum diligens  
habeatur per magistras hospitalium et ibi quasi Domini secundum posse  
domus omni die donec convalescant, reficiantur, et provideantur: ut quam-  
primum convalescentes utiles esse possint hominibus, firmis et validis  
non egenis que infirmi, invalidi egeni atque miserabiles ut succedant  
summæ ex pietatis. Undecimum Statuimus perpetuoque duraturum  
decernimus ut nullus egenorum suspectus in Religionem a nobis et nostris  
Successoribus ad hospitalia ordinis nostri Cracoviae, Sandomiriae, Calisie  
et suscipiatur et præterea nemo nisi prius peccata sua coram S. hospitalario  
secundum prescriptum regule nostre, confessus fuerit et facta sanctam  
Eucharistiam suscepit: cui demum S. hospitalarius, locum in  
hospitale, simulque decumbendi assignabit non secundum qualitatem  
Personæ, sed secundum culpæ et penitentia exigentiam: Insuper non  
nisi egenos vagos, hoc est miserabiles personas recipiemus, juxta  
illud Prophete, quod nostri est fundamentum ordinis. Frange  
Surgenti panem tuum, egenos vagos que induc in domum tuam: cum  
videris nudum operi eum. Non egenos vero et validos, non a seculos miseria  
conspicua, habentes ubi reclinent caput suum, victumque facile  
habere et acquirere possunt, non recipiemus: quin etiam si improvisa  
fuerint ejusmodi persone receptæ eas amovere et occludere tenebimus.  
Duodecimum Senes et proleptici Pueri adulti in hospitale nostro  
educati, in discretionem præceptoris permanent cum ejusdemque scientia  
et consensu ad obsequia hominum ex hospitale tradantur. Tredecimum  
Orphanis, Infantibus proleptis pro posse hospitalis Matrices per  
provisores conducantur et educantur: utque diligenter pueris lactent  
et nutriant, provideantur. Pregnantes Femine non habentes ubi reclinent  
caput suum, gratanter suscipiantur. Unum Infantem hospitalis  
una cum suo nutritore et provideantur diligenter per magistras hospi-  
talis. Quartum decimum. Omnibus Puellis proleptis in hospi-  
talis nostris sancti spiritus educatis, que ad servitium Remanere  
desiderant, et vivere sub obedientia in castitate et sine proprio ad curam

Wm

Præp

Wm

Wm



Wm

Pauperum principaliter intendendo promittunt, concedatur mansio in hospitali  
 quamdiu voluerint et honeste sese gesserint cetera que eis necessario danda  
 promittatur, panis et aqua: Nuptum si efficas contigerit, tradantur, et  
 pro posse utilitatibus hospitalis per provisores provideantur. Quintum et  
 decimum omnes Pauperes qui in domo seu hospitali Sancti spiritus  
 hospitari voluerint petierint que, pro posse domus libenter suscipiantur  
 per dies octo per e. hospitalarium. Sextum et decimum Pauperes  
 in nostris hospitalibus existentes memores esse beneficiorum, que illis a  
 Christi Fidelibus conferuntur non negligant. memores autem erunt, si  
 Deum sedulo devotis que orationibus, pro unitate et pace Ecclesie orabunt:  
 ut Deus Regnum istud ab hoste Same et peste custodiat ut Deus  
 omnibus Spiritualibus, vitam exemplarem et curam diligentem de  
 oribus illis commissis tribuat: ut Deus Regem nostrum, Felicem incolumem  
 que servet longamviveret: Ut Deus Proceribus regni istius et Auctoribus  
 civitatis istius, unitatem Fidei, Charitatem Rectam, concordiam vir-  
 tute largiatur ut deus vivis benedicat, mortuis autem vitam eter-  
 nam. Quod ne ea mentibus pauperum excidat, sed firmiter habeat  
 Injunximus Fratribus hospitalariis, ut singulis diebus dominicis  
 predicia omnia pauperibus inculcent. Infirmis recumbentibus a Concione  
 in hospitali, validioribus in Ecclesia. Revera Facilius Deus petita  
 pauperum exaudiat, Validiores pauperes in hospitalibus degentes, quibus  
 pedes officium suum prestant, domum Dei orationis que hoc est Ecclesiam  
 singulis diebus, adeant Deum oraturi: ideo adesse perpetuis tempo-  
 ribus tenebuntur quovis die in matutino sacro in concionibus que in  
 nostris Ecclesiis fiunt, et in vespertinis precibus, sub pena sedendi ad  
 valvas cete clauso collo ats in hunc absentem per e. hospitalarium  
 interroganda: Prima vice si abfuerit aliquis validiorum pauperum  
 ambulare valentium in matutino sacro vel in concione, aut vespertinis  
 precibus in pane et aqua jejunet, hoc est pro victa debito absentem  
 panis et aqua delur, Secunda vice absens in matutino sacro per matutinum  
 Sacrum in concione per tempus concionis, in vespertinis precibus  
 tempore vespertinarum precum ad valvas Ecclesie clauso collo  
 detineantur repugnantes vero huic penae per dimidium diei ad valvas  
 Ecclesie detinebuntur. Tertia vice absentes in matutino sacro Concione  
 vespertinis precibus, per dimidium diei: quarta vice per totam diem  
 clauso collo ad valvas Ecclesie detineantur. Quinta vice absens  
 ex hospitali excludatur: Contra ebriosos et turbantes pacem in ho-  
 =neste que sese gerentes, et mutuo sese verberantes aut rixantes ee  
 haece pena erit. Primo detur illi pro victa debito panis et aqua, et  
 per mediam diem incarceratione domo. secundo dominico die per  
 matutinum et summum factum atque per concionem ad valvas  
 cete incarceratione. quarto si aliqua annis admiserit aliquid inhonesti  
 verbo aut facto vel ebria domum venerit, pacemne turbaverit, tota  
 die ad fores Ecclesie clauso collo detineantur, quinto ex hospitali

Wm

per S. hospitalarium excludatur pro aliis excessibus tam in celo quam in  
 hospitali atque Foris per vetulas et Sanitiam hospitalarem commissis  
 secundum arbitrium suum S. hospitalarius animadvertet pro gravioribus  
 excessibus corrigendis, interdum S. Praepositi et comproversorum consilium  
 sequatur. Septimum et decimum Servientes hospitali, si aliquam Renc  
 hospitalis vel Pauperum Inveniunt aut vendiderint, et id certo  
 combibatum fuerit, res illae quas Inveniunt, ad collum eorum ligentur,  
 et per pillatium hospitalis et Arbas decumbentium infirmorum,  
 ducantur, et usque ad Foras hospitalis anteriores cum ducentis medi  
 nudi, virgis cedantur per magistram hospitalis, dataque illis buccella  
 panis pauperum in manus et conventionem redditam a domo excludantur.  
 Octavum et decimum pro Schemosimis colligendis Pettores  
 Fideles et honesti, habentes cruceam albam in Nigro Pallio, quod  
 semper hospitalare esse debet transmittantur cum lris praepositi paten  
 tibus qui Sobrie vivant et caste et laudabiliter conversentur, ne  
 ordo regularis vilescat et inde devotio pietasque et beneficium hominum  
 retrahatur. Fidelitatem vero hoc modo promittent pettores atq. Passacq.  
 Ego A... Juro quod pauperibus hospitalis istius Fideliter serviam  
 Schemosinas varias apud varios homines in usum Pauperum per  
 me impetrandas Fideliter et integre, comproversibus reddam, sic  
 me Deus adjuvet et haec sancta cruce. Nonum et Decimum  
 Pauperes in hospitalibus nostris degentes de Injuriis suis, sequi  
 illis ab aliquo in hospitali degente illatae fuerint, coram Beato  
 hospitalario semper queri debent. Sic etiam extraneae personae non  
 nisi apud eundem ex parte pauperum, justitiam querent a sententia  
 S. hospitalarii parti appellare tantum ad Fratrem praepositum  
 licabit. Vigintiimum. Comproversores omnes lris ad minus per mensem  
 Judicia habeant in hospitali, corrigent mores piores Pauperum,  
 abusus tollant, regimen hospitalis circumspiciant, edificia videant,  
 Proventuum hospitalis expensa in Regestrum conscribant pro  
 videant que diligenter et consulant pauperum necessitati pro posse domus seu  
 hospitalis et quid quid in Dei gloriam et hospitalitatis utilitatem illis fieri  
 videbitur, pro virili contendant memores id Christo se facturos quidquid Unni  
 ex minimis istis fecerint, et Beatos si intellexerint super Egenum et  
 pauperem. Non enim sacrificia, sed misericordiam vult Dominus quamquam  
 amici Iobo, Dives autem Lazaro non praestiterunt horrendo exemplo sunt  
 damnati Quia et Christus Jesus qui etiamnum in personis Perorum Pauperum  
 peregrinatos, alget, esurit, sitit, et tenetur captivus, ipse sibi esse bene vel male factum  
 in die tremendi iudicii recognovit ut est: memores et illud, qui offert sacrificium  
 ex Substantia Pauperis, quasi qui victimat Filium in conspectu patris sui.

hospitalario  
 Mem

Mem  
 Le parte  
 Incolatu

Mem

Molendu  
 in Fratris  
 tra

Maduita  
 rates

Mem  
 Arunde  
 in seio

Frange esurienti panem tuum, in domum tuam duc vagos, Labora manibus tuis  
 ut habeas quod des tuum: Non sunt Deo gratæ elemosine, que sunt de alieno, sed  
 ex eis que juste possides, Si vero fiant ex eis que pauperibus excepta sunt, nihil est,  
 quod magis abominetur Deus. Deinde, ex parte incolarum Subditorum commo-  
 tium in Fundo et villis predictorum Fratrum hospitaliarum ordinis sancti  
Spiritus videlicet Cracovie Sandomicie Calisie etc. Statuta hæc sunt. Primum  
 Statuimus perpetuo que duraturum decernimus unanimes omnium nostrorum senten-  
 tia et voto, ut perpetuis temporibus nemo hominum suspectus in Religione  
 et contra ritum ecclæ catholice vivens ad emendum bona vest domum aut  
 aliquam possessionem in Fundo et villis monasteriorum nostrorum Cracovien:  
 Sandomicini: Calisien: etc per nos nostrosque successores admittatur. Neque  
 ejusmodi hominibus, domos, Præseatoria, hortos, et possessiones nostras, seu  
 usum fructum possessionum nostrarum etc nos ipsi vel nostri successores,  
 locabimus, appreciabimus, etc nostrosque subditos incolas hoc esse appreciare etc  
 ullo non modo permittimus. quod si secus aliquis incolarum nostrorum se esse  
 deprehensus fuerit, eo censu quo conduxerit, appreciare etc puniatur: cujus  
 una pars in usum hospitalis, ad carbanam, altera ecclæ, tertia conventus eadem  
 inestimabiliter. quod de incolis subditis, idem de Inquilinis et cohabitatoribus  
 etc diligenter observari volumus; ne una avis morbida totum inficiat ovile.

M. in  
Le parte  
Incolarum

M. in

Secundum pronattimus denique nos et nostros successores obligamus quod in  
 posterum possessiones nostras, signanter vero, Præseatoria nostra circa conven-  
 tum nostrum Cracovien: existens: nemini ad vitam dabimus, sed de anno  
 in annum, vel ad tempus aliquod certum locabimus. Domunculæ vero ibidem  
 extra Scalam nostram non nisi cum melioratione census et cum certis obsequiis  
 seu oneribus ad vitam, sine ulla edificiorum recuperatione, honestis personis  
 concedemus. Molendinum nostrum in Pratrik dictum Teutonicum atq;  
 Lamhonski; vel ipsi possidebimus, vel ad tempus aliquod certum aut ad vitam  
 unius tantum ejusdemque mollitatis, sub certis conditionibus et melioratione  
 census locabimus. Alterum ibidem in Pratrik molendum conficiendæ papiri:  
 dictum Halionski edificatum in eo loco in quem translatum erat monasterium  
 nostrum ex Stawkov, et postea Cracoviam: et tertium molendum dictum  
 Senes cum Taberna ibidem in Pratrik apud Magum Dnum Tencuska  
 in vim redemptionis oppignoratam cum agris pratis etc, postea non dabimus nostris  
successores non dabunt ad vitam nisi cum libero reddito eorumdem ad conventum  
 cum omnibus edificiis, sine ulla pecunie solutione, cum melioratione tamen  
 census, et decimis manipularibus, ex agris predictorum molendinorum  
 conventui reservandis. Molendina in Rzanka et Wolia s. Prepositus cum  
 suo capitulo ad vitam unam tantum cum melioratione census conducere  
 poterit. Cassamus autem, et nullitatis vitio decernimus. Ad vitalitates,  
 et alias inscriptiones quas dedit prepositus modernus Cracovien et antecessores  
 ejus, in Præseatoria, domos, Molendina, Tabernas, agras, Prata, hortos,  
 vineas aliasque possessiones conventus nostri Cracovien: et aliorum ab eo  
 dependentium, non requisito consilio et consensu Fratrum omnium, seu

Molendina  
in Pratrik  
etc

M. ad vitali-  
rates

M. in  
Arrendo  
in seio Trepo

Prebenda  
S. Benedicti

generalis capituli ordinis nostri dignum est ut ea enim ut ea que nobis sunt  
 communia, nostra communis regat Scientia. Prebendam quoque Sancti  
 Benedicti extra Casimiriam in monte Hasolima, Juris patronatus nostri nomine  
 tanquam conferemus in si. p. predicatori ordinis nostri, propter comparandos libros  
 in usum conventus. Tertium cum eorlo eorlino compertis sumus plerosque incolas,  
 Subditos Fundi et Villarum monasteriorum nostrorum, domos hortosque ee  
 cum Fundo et agro vendere, commutare, donare, condascendere, alienare,  
 legare, locare, arrendare, obligare, consensisse in magnum damnum conventus:  
 idque diverse jurisdictionis, conditionis et status hominibus sine etiam Scientia  
 et consensu nostro seu generalis nostri capituli in alieno foro, cuia bona  
 minime subiacent, in contemptum et derogationem Juris Dominorum  
 Fundi et fraudem collusionemque propinquorum et inter se habentium  
 Agri unanimi sententia et omnium nostrorum voto perpetuis temporibus  
 duraturum constituimus decernimusque, ut in eorlo Subditi Fundi et Villa-  
 rum conventuum nostrorum (vest in hrovodza media Pedsichowos Blonie  
 extra Lepardiam, item Wronin Wronimies, Wola Szwetbaduska Rzanka,  
 hurdwanow, hortulamque Wiehaon antiquitus ad conventum nostrum Cracoviam  
 pertinent: item in villa Glazon, Wieptshi, Otrason cum uno maclo Sendomi-  
 rie ee ad conventum Sendomiriem: Spectan: item ex villa Thimices que est  
 decem mansorum agri, ante Kalisz longousu et possessione Spectantis ee  
 ad conventum calisien: non audeant vendere domos hortos possessiones et  
 Fundum agrosque cum Fundo vel agro, sed sine Fundo secundum  
 edificia tantum, hoc est domum vel hortum sine Fundo Fundus em  
 et ager, qui solum in usum fructum incolis est concessus, cum a nobis  
 facile vendi non potest, tam multo magis ab incolis Subditis nostris: preterea  
 venditionem fieri non per solum Spirituales Nobilibus aut Civibus et id  
 genus diversi status hominibus, sed agricolis villanis, et qui personatiter  
 in eisdem bonis emptis resideant: et per se Census labores et alia onera  
 debita, expleere non recusent remorenturque obedientes sint, non rebelles:  
 ad extremum non sine consensu Dominorum Fundi, hoc est capituli  
 nostri generalis et non nisi in competentis fori in eo scilicet iudicio cui  
 subsunt bona: idque ammissione bonorum quorum pars ad R. Banam  
 hospitalis, pars conventus cedere irremissibiliter debet. Quod de vendi-  
 tionibus, idem de locationibus arendis obligationibusque ee eorumdem  
 observari firmiter volumus. Decernimus insuper omnes Inscriptiones  
 tam preteritas quam presentes, et futuras, hinc constitutionis contrarias, Inscriptio  
 coram quovis iudicio factas que annexum Fundum venditionibus, Invalide  
 habent in se: item sine consensu et Scientia generalis capituli nostri, Arrende  
 nullitatis vitio subiacere. Quartum interdum concedimus incolis sub-  
 ditis nostris, Opignorationem arendam, locationemque bonorum possessorum,  
 si id ardua necessitas postulaverit, Verumtamen non Nobilibus Nec  
 Spiritualibus Civibusque: sed ruri colis eisdem que tantum Subditis  
 conventus nostri non alienis. diligenter tamen prius cognita eius necessitate  
 per prepositum et capitulum loci illius accedente quoque Testimonio

K hrovodza  
Blonie  
Wronin  
Wronimies  
Wola R.

Non licet  
oppignorare  
agros in ma  
ad defensas  
alias na  
Coyorie  
Tene psona

Capitulum  
generale

M

Jurame  
super  
fidelita  
subdito

M

M

M

Nobles  
Spirituales  
Personae  
non emant

Inscriptio  
invalidae

M

M

Inquidim

Vender  
Donare  
oppignora  
arrenda  
Inscriptio  
non h  
M

M

Inquidim

honestissimorum vicinorum eius: idque non nisi ad defalcandam pecunie  
 mutuo acceptae atq; na. W. d. r. s. e. m. p. r. e. m. e. d. s. i. i. l. l. a. m. h. i. r. o. o. p. p. i. g. n. o. r. a. n. t. i. a. m.  
 bonorum que nihil defalcat ratione usus fructus, ex bonis oppignoratis  
 proveniente interdicimus minime que eam admittimus nos et Successores nostros  
 obligamus. Quintum consulete etiam volentes ex gratia nostra in colis  
 Subditis Villarum nostrarum ee ne eis ab illorum prepositis temeritate  
 aliqua, vel in qua delatione, vel etiam ignorantia decidendum causatum  
 et administrando Iustitie incorporetur et prejudicetur, Statuimus ut licet  
 Subditis dependentium monasteriorum a Cracoviens: liberi appellate  
 Sententia et gravamine sui prepositi ad magistrum seu propositum  
 Conventus Cracoviens: et eius capitulum a Sententia vero prepositi Cracoviens: Septimum hoc quoque  
 Appellatur non nisi ad capitulum generale ordinis nostri. Septimum hoc quoque  
 perpetuo observari volumus, ut quisquis emerit domum, hortum vel possessio-  
 nem aliquam ee sine tamen fundo ut premissum est, in aliquo fundo,  
 et villa monasteriorum nostrorum, promittat Juramento fidelitatem  
 et obedientiam generali capitulo Fratrum hospitaliariorum Cracoviens:  
 vel Sandomiriens: Culisien: ee et promitto me victurum secundum ritum  
 S. e. catholice sub obedientia capitulo generalis S. hospitaliariorum  
 ordinis S. Spiritus dominorum meorum, promitto me obedientem fore  
 in rebus licitis debitis et proposito Conventus istius Canonice a suis  
 Fratribus et patribus electo et dato moderno et pro tempore existenti:  
 promitto me pariturum ad illius personale vel literale, ac per Samulum  
 certum, vel signicatoriale mandatum, illiusque legitimis vicis geren-  
 tibus: promitto me labores conventui debitos fideliter cepturum, et  
 inter vicinos meos, uti probum et honestum decet, victurum, precavebo  
 damna conventus et vicinorum meorum, nec illa per me, aut familiam  
 meam scienter inferam bona mea que in fundo conventus istius habeo aut  
 habiturus sum, non vendam nec commutabo nec locabo nec oppignorabo,  
 nec donabo, nec arindabo, sine consensu legitimo et Sententia capitulo  
 generalis S. hospitaliariorum dominorum meorum, neque alibi Inscrip-  
 tiones super bona empta faciam, nisi in competenti Foro in quo sita  
 sunt bona ea in presentia prepositi loci illius, aut illius vicis gerentis,  
 si me Deus aduret et hae Sancta cruce. Septimum: Mandamus  
 Subditis incolis nostris in fundo et villis conventuum nostrorum, ne  
 personas sexus utriusque catolicas excipiant in domos suas, sine  
 scientia prepositi sui, sub pena duodecim grossorum irremissibilit  
 preposito persolvend: toties quoties id contra mandatum prepositi admiserit.  
 Sed eas preposito offerant, in fide examinandas et in Regestrum Inqui-  
 sitorum miserandas ut que obedientiam preposito promittant, et honestate  
 et communitati fidelitatem ee. Octavum ut quoque Incolae  
 Subditi prepositis suis labores debitos fideliter ceptant mandamus  
 ita scilicet, ut tempore estivo ab ortu solis ad occasum, hyemali vero  
 an ortum solis sub crepusculum an labore diurno persererint.

Man  
 Juramentum  
 super  
 fidelitate  
 subditorum

Vendere  
 Donare  
 oppignorare  
 arindare  
 sine consensu  
 non licet  
 Man

Man  
 Inquisitorum

Appellatio  
 Man  
 Dic  
 ratione  
 Jurisdiction  
 plen  
 deducitur

Man

Qui seculi fuerit pena sex grossorum vel carcerum per diem et noctem  
 puniatur. Nonum quoniam Fundi Dominorum est, ut Subditos ita  
 Subditorum cohabitatores seu Inquilinos auctoritate sua tueri et inlicito  
 defendere, sic etiam inquilinorum et aliorum quorumvis in Fundo  
 domini cohabitantium merito esse debet, ut debitum officium domini sui  
 obsequiis ac aliis commodis recompensent. Quare Statuimus ut Inqui-  
 lini ceterique cohabitatores in Fundo civili aut Villarum ad monas-

teria nostra pertinent: ejusmodi commoda dominis Fundi present.  
 Villarum Inquilini pecora bovantes, in estate dies decem, carentes  
 pecoribus sex dies conventui laborent. Invernali illi sex si quoties  
 dies. vel sicciorum labor. si preposito non necessarius fuerit laborem  
 diei grosso redimant. Incole vero in Fundis civilibus nostris tam in  
 civitatibus et extra videlicet in domibus aliisque bonis ad vitam locatis  
 Cracoviae Wielicie & Sandomiriae Calisia: & ratione inquilinorum  
 suorum grossos octo de anno in annum dare preposito tenebuntur. vel  
 per duos grossos singulis quartis anni sub pena non solum Inquilinos  
 Totidem Incolae in Bionie extra Clepardianam ad tres Cracovien: seu  
 illorum capitulum pertinet ratione suorum inquilinorum tribus  
 nostris Cracovien: una cum censu, perpetuis temporibus dare tenebuntur.

M

Inobedi-

tiis

M

Decimum quoniam bonis nocet, si quis pepererit malis, quare ne  
 inobedientia malorum bonos corrumpat, inobedientesque prepositis  
 suis reddat penam cum Incolas Subditos nostros rebelles et inobedientes  
 preposito suo, vel ejus vices gerenti, ejusmodi prescribimus constituimusque  
 ut si quis incolarum Subditorum non venerit ad communem convocacionem  
 omnium ats do G R O M A D Y seu mandato preposito vel ad laborem  
 vel etiam citatus signo prepositi, vel ejus vices gerentis, vel advocati aut  
 villici, prima vice secundum arbitrium prepositi puniatur. Secunda  
 vice grossos sex, tertia vice grossos duodecim, quarta vice grossos  
 decem octo, prepositus pro pena accipiat quod si ulterius quis cumque  
 incolarum subditorum nostrorum inobediens deprehensus fuerit, taxatis  
 bonis ejus videlicet domo et orto secundum adificia tantum e Villa vel  
 domo in Fundo nostro habente excludatur et alteri bona ejus vendantur  
 per prepositum obtento omenti consensu ut premissum est a generali  
 capitulo. Undecimum Statuimus ut incolae in Fundo et Villis  
 monasteriorum nostrorum Cracoviae Wielicie & Sandomiriae Calisiae  
 & commorantes justitiam querant, et ipsi inter se et alii de se querentibus  
 non nisi coram preposito suo, vel illorum vices gerentibus sese justificent.  
 Siquis vero Subditorum incolarum nostrorum alibi justitiam contra  
 vicinum suum, quam apud prepositum dominum suum hereditarium,  
 querere curio comprobatus fuerit aut ad justificandum sese tam vicinis  
 quam extraneis, ad alienam jurisdictionem, sui scientia preposito  
 domini sui dediderit sexagenam pecunie preposito pro pena dabit

Judex  
 Ordinarus  
 Casarum  
 Repertus

Inventio

Perceptio

Cujus pars preposito, pars ad Carbanam pro infirmis Fratibus cedet.  
 Si id aliquis incolarum seu Subditorum secundo admisserit, in duplo.  
 Si tertio in triplo puniatur, et quarto tanquam contemptor sui domini,  
 et Villa aut domo in fundo nostro habitata, excludatur, ejusque bona alteri  
 vendantur cum consensu generalis nostri capituli. Quoddecimum: Si  
 quis incolarum Subditorum comprobatus fuerit damnum, in tulipe Data  
 opera per se, per famuliam vel pecora, in agris, pratis, seu fructibus  
 agrorum Pratorum hortorum, Seminumque, decem marcarum pena  
 puniatur, cujus pars una in usum prepositi, altera ad Carbanam  
 Fratrum, tertia hospitalis, quarta pro Ecclesia irremissibiliter cedat,  
 vel tuat in corpore, si caret ure, rest. ab omnibus Subditis Villae  
 per unam plagam puniatur. Quoddecimum Universis et Singulis  
 Subditis Incolis Villarum nostrarum et in Fundo nostro commorantibus  
 mandamus, ne quis illorum audeat suspectas mulieres turpitudinis  
 questus amantes, sive luxuri expositas, aut a marito fugitivas tam  
 cognatas quam extraneas sive gratis sive aliquo pretio in domo sua  
 habere sub pena unius marcae, pro quolibet ulteriori excessu  
 multiplicanda, cujus pars ad Carbanam infirmorum Fratrum, una  
 altera hospitalis, tertia Ecclesiae tradatur. Quartum et Decimum  
 diligentes et prepositi attendant ut pro suo officio, ea quo rationem  
 die districti iudicii reddiduri sunt adulteros et Fornicatores in Fundo  
 et villis monasteriorum nostrorum vivere non sinat. Si quem vel  
 quam adulterari, quod absit inter Subditos suis certa relatione Subditorum  
 contigerit, ab omnibus Subditis in publica convocacione publice  
 affligantur, bina plaga per singulos Subditos, si non resipuerint  
 post ejusmodi afflictionem, ex Villa excludantur, et a nullo unquam  
 Subditorum recipiantur, sub pena decem marcarum: eadem pena  
 incola Subditi puniantur, si notabiles adulteros vel adulteras apud se  
 habere, comprobati certo fuerint, cujus pars in usum Ecclesiae una,  
 altera ad Carbanam hospitalis, tertia ad Carbanam Fratrum, quarta  
 preposito cedere irremissibiliter debet. Si vero rumor spargatur de  
 alicujus adulterio, privatim per prepositum moneatur, secundo  
 conversatio suspecta et privata inhibeatur, sub pena decem marcarum.  
 Fornicator pro primo excessu aperto sexagenam pro pena preposito  
 dabit, pro secundo in publica convocacione affligetur, si ulterius  
 non resipuerit excludatur. Quintum et Decimum. Author hincorum,  
 et alterum capituli Tabernis curicibus et pena fere grossorum puniatur,  
 primo secundo duodecim et sic deinceps crescente excessu crescat et  
 pena, secundum arbitrium prepositi. Sextum et Decimum  
 mandamus ne quis Subditorum injuriam sibi illatam, per se  
 ipsum ulciscatur: sed in Dominum sui adversarii, officiose iudicium  
 reciat, sub pena unius sexagenae preposito et C. pertolven.

Recursus ad iudice, incompetente

Damnificatio in Villa

Mulieres libidinosae

Adulteri Fornicatores

M

M

Dea  
maruo  
rimo  
ortus

Pravantium bene

Secus per

Septimum et Decimum Siquis incolarum Subditorum aliquem  
laeserit, vulneraverit, mutilaveritque, penam solvet imprimis parti  
laesae, juxta praescriptum Statutorum et juris cui pars laesa subest  
Domino vero suo videlicet praeposito aut ejus vicegerenti, tres marcas  
pecuniae quarum unam Fabricam Ecclesiae, altera in Carbanam  
hospitalem, tertia ad Carbanam infirmorum Fratrum dari debet.

Limitum  
Diminutorum  
Sepulorum

Octavum et Decimum Unus alteri limites diminuens atque  
praecornias muedre se certo comprobatus fuerit pro pena, praeposito  
suo marcastus et communitati Vas Crenisid dare teneos. Sepulos  
vero et alia signa Gramicorum per aras destruensque pena decem  
marcarum puniatur. Nonum et Decimum: Incola Subditi omnium

Villarum conventuum nostrorum, teneantur Sub pena decem  
marcarum, novis suis praepositis, quantitatem agrorum et  
Fundi limitesque circum circa, in suis villis commonstrare, et  
ad videndum ea praepositos sollicitare. praeterea, cujuslibet Villa  
advocatus vel villicus cum Scabinis vel Senioribus incolis Villa  
teneantur Angulis annis Sepulos et signaque alia Gramicorum  
Sub momeo certo, vel in Audicio vel in publicis convocacione,  
praepositis suis referre Damnaque Signorum limitum dominicae  
Sub pena quinque marcarum.

Advocati  
officium  
Non

Vigesimum: Instrumenta  
con ignem scallas harpagines, aquam et Angulis annis ut  
Subditi villarum nostrorum, et in Fundo nostro commemorantes  
quocumque civili, habeant mandamus Sub pena duarum  
marcarum quod ut certius fiat praepositi advocatos, hi vero  
Incolas secum commemorantes attendant. Vigesimum primum  
advocatus aut Villicus cum altero Scabino vel vicino, semel in  
quartuali anni debet Angulas domos in villa adire et circumspicere

sernae, Caminos et alia hoca ignis, et demandare Sub pena  
trium marcarum, ut bene muniantur ac diligenter caveantur ab  
igne cautisque eo utatur. Si secunda vice non restaurata aut  
male munita viderit loca in usum ignis parata concuorat destruatque  
idem videbunt Angulis annis semel in anno ut vicini Avicose  
habeant Scallas harpagines caeteraque instrumenta con ignem,  
non habentesque et negligentes differant praeposito puniendos.  
Si id advocatus aut Villicus fecere neglexerit, trium marcarum  
pena puniatur: quarum una ad Carbanam communitatis,  
altera hospitalis, tertia Fratrum cedere debet. Vigesimum  
secundum advocatus aut Villicus, debet providere per

Non

Dammif  
tores cont



uxorem suam et honestas graves que matronas, nam sit vel non  
 aliqua puella clandestine gravida et cetera singulis annis siquam  
 ejusmodi esse probaverit publice eam precipiatque hospiti diligenter  
 custodiendam et providendam ne clam prolem perimat. Si autem  
 quid ejusmodi negligentia advocati aut Villici acciderit, in eos  
 redimabit. Vigessimam tertiam ne aliquis Subditorum  
 incolarum audeat in domo sua servare res uxoris vicini sui  
 filii aut filie et familiae, sine scientia et consensu ejusdem  
 vicini. Et hancorundem vero sine scientia et consensu propositi  
 sui propter evitandam malam suspicionem sub pena quatuor  
 marcarum irremissibiliter persolvendarum quarum pars una  
 proposito, altera Ecclesie tertiam ad Carbanam hospitalis, quarta  
 infirmorum Fratrum detur. Vigessimam quartam Taber-  
 natores villarum nostrarum non audeant Cerevisiam, sine  
 pretio in spem solvendi capere, apud Tabernatores civiles  
 proter quam tria vasa et non nisi his solutis deinde alia  
 capiant sub pena trium marcarum ad Carbanam Ecclesiam  
 Fratrum et hospitalis persolvendarum. Si autem Tabernatores  
 civiles tabernatoribus nostris plura vasa Cerevisie proter tria  
 crediderint sine scientia et consensu propositi, amittant  
 creditam Cerevisiam. Propositique non tenebuntur illis iustitiam  
 administrare nisi ex debito trium vasorum. Vigessimam  
 quintam Tabernatores nostri catenique non credant sine  
 pretio atque naborum plus Cerevisie quam grossis decem vicinis  
 suis Subditis vero nostris et familiae vero non nisi ad grossos  
 duos, si plus crediderint in suum damnum atque na. sua. hodie  
 credant propositique non tenebuntur iustitiam administrare  
 illis ratione Cerevisie, pecunie vestis et alterius cujuscumque  
 rei Subditi incolae nostri nisi ex eo quod eis credi concessum  
 est. Vigessimam sextam Chartis aliisque genere ludendi,  
 ut potestate Cerevisie, pecunie, vestis, et alterius cujus-  
 cumque rei Subditi incolae nostri non ludant, sub pena unius  
 sexagenae prima vice, duarum secunda, trium tertia vice  
 irroganda hujus pars una ad Carbanam Ecclesiam, altera hospi-  
 talis, tertia infirmorum Fratrum danda erit. Vigessimam  
 septimam si quis Subditorum comprobatus fuerit scienter  
 damnum intulisse conventui Prædio aut domui conventus  
 in fructibus agrorum, pratorum, hortorum item in sepe  
 silvis, cubellis piscinis in prædio domo seu rebus in eis

M

Damnifici  
tores conventus

Contentis primo decem marcarum pena puniatur in sua parte  
 dividenda Ecclesia, conventui hospitalique. Postea si idem  
 seculi convictus fuerit ex villa excludatur, confiscatis  
 bonis illius immobilibus conventui. Vigessimum octavum  
 decernimus ut omnium Villarum Subditi nemine excepto et  
 accipiendo ad monasterium Cracoviense pertinent: laborems  
 unius diei in Septimana, fideliter expleant. Secundum  
 privilegium Wladislai Regis Poloniae desideratissimi, hae  
 in re, clementer datum; et secundum Statutum Regni  
 Poloniae de labore Subditorum Tomiae aditum: secundumque  
 decretum divi olim Sigismundi Regis Poloniae inter J.  
 Propositum et Subditos nostros KR WODRBN. latum.  
 Vigessimum Nonum Statuimus perpetuis temporibus  
 ut Incolae Subditi Villae Blonie cum incolis domorum et  
 Praeseptorum circa conventum Cracoviense: et hospitalium  
 Wielicenses ad monasterium Cracoviense: pertinent. Conventui  
 Cracoviense singulis annis eorum locis quoties opus fuerit  
 colligant idem de incolis nostris Sandomiriae, Calisiae ec  
 tam in civitate quam extra in fundis nostris locatis vel locandis  
 intelligi volumus vel labores diei grosso redimant si non  
 necessarij videbuntur hoc autem ut debite exequatur  
 propositis Injungimus et mandamus sub penis in eos  
 statuentis. Curatores vero advocati aut Villici villarum  
 conventuum nostrorum diligenter curare debent ne pupillis  
 relicta bona post obitum parentis, dilapidentur penantque  
 sed potius integra vel cum augmento si fieri poterit serventur.  
 quare statim post obitum patris, acceptis secum juratis  
 Scabinis vel vicinis duobus honestis, bona relicta conscribi  
 curent inventaria que faciant diligenter que et fideliter  
 provideant in quo illorum fidem et conscientiam oneramus  
 et querant modum quo vel integre vel cum augmento possent  
 eis servari: et postea cum ad annos discretionis pervenerint  
 restitui et si cui viciorum eas in usum dare contigerit obli-  
 gationem ad acta propria faciat: idque cum consensu et  
 scientia sui propositi extraneis vero minime concedantur  
 Ex Parte vero magistrorum praeporum hoc est propositi  
 torum conventuum et hospitalium in Polonia vest Craco-  
 vien Sandomirien Calisien et ordinis sancti Spiritus  
 et quatuor eorumdem ec Statuta haec sunt, Primum;  
 non ignorantes omnes spirituales. Spiritualium bonorum

Labores  
 unius diei  
 Wm

Curatores  
 Pupillarum

Finis  
 Subditis  
 Statuta  
 cum

possessorum hanc pariter obligatos esse ut bona ecclesiastica promoveant ac  
 ea in melius proventibus que eorumdem, augeant et restaurent: quare  
 constituimus perpetuis temporibus ut si prepositi nostri et pro tempore  
 existentes, tempore sui officii ad minus in triennio a Inceptione officii  
 aliquid augeant adificent Restauraent et auctum edificatum restaura-  
 tumque in suum regestrum inserbant. Deinceps tempore visitationis  
 et in capitulo generali commonstranda sub privatione officii.

Secundum quoniam boni economi est non solum parca vivere,  
 verum etiam diligenter custodire, et omnium notitiam exactam habere  
 idcirco si prepositi nostri aliquos bonorum nostrorum rectores pro  
 tempore existentes Inventaria bonorum omnium mobilium singulis  
 annis renovata faciant videlicet bonorum Ecclesie Conventus Prædique  
 et idem diligenter curabunt, ut in sua inventaria seu Regestra Censu  
 et proventus singulis annis provenientes ex bonis conventuum nostrorum  
 et Instrumentorum in bonorum Congregatorum numerum quolibet anno  
 describant describique curent, sub pena privationis officii diligentiori  
 captiorique. Et deinceps tradendis. Tertium constituimus ut si  
 prepositus Cracoviensis: tanquam generalis, et superintendens  
 aliorum monasteriorum ordinis nostri in Polonia, habeat conscripta  
 in uno generali Regestro omnia suppellectilia Ecclesiastica et Domus  
 lica conventus Cracoviensis: Sandomiriensis: Calisiensis Lancuten: et  
 Partique in Villa Bishopicze et prebende Sancti Benedicti in  
 monte Liassolino extra Casimiriam, vel locis si prepositi Cracoviensis  
 administrator generalis hospitalium et conventuum, si is electus  
 per generale Capitulum fuerit. Quartum si prepositi nostri  
 pro tempore existens, provideant futura si nolunt esse cura  
 providebunt aut si quid pro ingruente aliquo (quod absit) periculo  
 ignis aut aliqua ardua necessitate perpetua que utilitate Reipublice  
 ordinis nostri vel etiam pro studio erum ad communem usum  
 seu carbanam generalem ex bonis conventuum nostrorum quibus  
 præficiuntur, composuerint. Singulis igitur annis si prepositus  
 Cracoviensis: pro tempore existens ad Carbanam generalem in Monas-  
 terio Cracoviensis: servandam forensis triginta, Sandomiriensis:  
 forensis quindecim, Calisiensis forensis quatuor. Plebanus  
 Bishopicensis: forensis duos sub pena excommunicationis ipso  
 facto inquirenda et dupliciter et solvere in duabus Septi-  
 manis post festum S. Martini tenebuntur ad eandem Carbanam

et Censuræ ex tabernaculo. Sicut et in A in Wollia Conventui Lancuten:  
 antea proveniens, perpetuis temporibus per possessorem tabernaculi, dabitur  
 nunquam diminutus diminutus sed potius auctus. Et ea Carbaria  
 unam Clavem S. Præpositus Sandomirien: alteram Calisien:  
 tertiam S. Phebani Bishopicem, diligenter servabunt, eamque  
 sigillis suis consignabunt. Quomodo pecunia præter capitulum  
 generale ad cistellam imponetur, foramine in superficie cistelle  
 parato in capitulo omnium Fratrum Cracovien: dabunturque  
 quietationes per soluta ejusmodi pecunie et ad Carbaria repositæ  
 per capitulum & Fratrum Cracovien: sub minori sigillo eorumdem  
 cum subscriptione S. Sacristiani hæc pecunia non nisi cum  
 consensu et scientia generalis nostri capituli: numerus ejusdem et  
 expensa in capitulo generali ad acta capituli, certitudinis causa  
 inscribentur. In eadem Carbaria generali sigilla majora Conventus  
 Cracovien: que generalis capituli sunt, conclusa serventur: Nihil  
 amplius eis sigillandum, nisi in capitulo generali cum consensu et  
 scientia omnium Fratrum ordinis nostri. Quoniam, quoniam  
 multoties didicimus requiritur ex parte sumus S. nostros præpositos  
 cum maximo Incommodo et periculo nostro honorumque nostrorum  
 immobilia perpetuo ad monasteria nostra pertinentia Locasse, et  
 incerta pecunie summa obligasse, Arendasse, etiam per didisse  
 in subditorum venditiones, oppignorationes arendas aliosque  
 contractus illicitos nobis que nocentes consensu sua sponte  
 dedisse sine sui totius generalis que capituli scientia et consensu  
 qua propter unanimi nostrorum sententia et voto constituimus  
 perpetuo que duraturum decernimus ut soli tres præpositi Phebani que  
 Bishopicem: soli per se bonas et possessiones illorum S. dicitur  
 commissa vest villas agros eccl. man. teneat regant et utifruantur,  
 cum honestate et utilitate domus totius que ordinis nostri, nullusque  
 illorum audeat tam spiritualibus quam secularibus Nobilibus de  
 bona conventus, locare, obligare, arendare et in contractos subdi-  
 torum consentire, eosque admittere sub privatione officii in trans-  
 gressore ejusmodi statuti, Vnde in Fratres præpositos Sandomirien:  
 Calisien: Bishopicem: Phebani de Subjectos, conventui nostro  
 Cracovien: S. Præpositus Cracovien: cum suo capitulo penam  
 privationis sine mora exequi tenebitur, et privatum in Carcerem  
 conjicere per mensem detinendum, cum jejuniis quartæ et sexta hebdom  
 in pane et aqua. In Fratr. vero præpositi Cracovien: transgressorem  
 istius decreti nostri penam privationis officii capitulo generali nostro

Contractus  
 alienati

Abren-  
 seu  
 37719

M. B.

Abrenatio  
seu  
oppignoratio

cui illum subiacere volumus, unquam excipiturque Sextum et  
 id omnino observari perpetuo statuimus, ne Fratres prepositi nostri  
 extempore cujuscumque necessitate oppignorent bona conventus  
 nostri Mobilia ut potius argentea aliisque Suppellectilia Ecclesie  
 nostre et libros tam ecclesiasticos quam domesticos nec non Suppellectilia  
 domus argentea Staminea Cupra, Serca, et id genus alia etiam ad  
 coquinae et praedia pertinentia res necessarias, nec eas alienent nec  
 super eas etiam ab: quae eis pecunia mutuo accipiant sine scientia  
 aliorum Fratrum: Praepositi Cracoviensis: sine scientia et  
 consensu Fratrum Cracoviensium et Bishopicorum: alii autem  
 Sandomiriensis: Calisiensis: et Plebanus qui noster Bishopicorum:  
 sine scientia et consensu Praepositi Cracoviensis: ejusdemque  
 Capituli oppignorare, alienare pecuniamque mutuo super his  
 Ecclesie et domus etiam sine oppignoratione alicujus Prae  
 vel domus in debitum etiam mutuo accipere minime audeant sub  
 priatione officii: De pecunia autem mutuo accepta cum ejusmodi  
 Fratrum scientia et consensu curabunt diligenter ut possint rationem  
 sufficientem dare Praepositi sive administratori sine capitulo  
 generali habitum Vestes Sordae et lectis termis et alia quibus  
 utuntur tam praepositi quam Fratres quae vel a conventu habent  
 data, vel in conventu post professionem ex proventibus conventus  
 sibi paraverunt non vendent nec donabunt extraneis personis  
 nec oppignorabunt praepositi qui nihil proprium presumere debent  
 sine scientia et consensu Fratrum sui conventus Fratres vero  
 sine scientia et consensu sui praepositi: Si quis Fratrum aut  
 praepositorum contrarium fecerit, res vendita aut donata ei accipiat,  
 et communitati per praepositos suorum Fratrum praepositorum  
 aut Subjectorum per praepositum Cracoviensem: vel administratorem  
 generalem Cracoviensem: vero per Capitulum generale ascribatur  
 in usum infirmorum Fratrum. Septimum animadvertentes  
 magnam esse facturam et spoliationem bonorum conventuum  
 nostrorum a Cracoviensibus dependentium esse crebra mutatione  
 praepositorum, qui partim praepositi Cracoviensis: temeritate vel  
 accusatione hominum falsa privabantur. Constituimus ut  
 praepositi hospitalium et monasteriorum nostrorum a Cracoviensibus  
 dependentium in capitulo generali per triennium celebrando, per  
 singulorum Fratrum vota eligantur vel retineantur in suo officio  
 ad futurum generale capitulum vel ad vitam illius si vero infra

M...

tempus Futuri capituli, negligentes imiles aut culpabiles deprehensi  
 fuerint ex celeratione et examinatione Fide dignorum testium  
 Fratrumque testimonio loci illius tempore Visitationis per Propo-  
 situm Cracorien: cum scientia et consilio capituli Fratrum  
 suorum deponantur. Quod si per obitum vel liberam resigna-  
 tionem alicujus praepositi Praeposituram Sandomirien:  
 Calisien: Pebanatum Bishopicem: et ordinis nostri Vacare  
 contigerit. Praepositus Cracorien: cum suis Fratribus  
 digno Fratre ex quo eumque monasterio eam providebit quocumque  
 antiquam consuetudinem et praescriptam Regulae nostrae, vest  
 et ordinis sui idoneo non secundum dignitatem gentis, sed  
 secundum vite meritum et sapientiae doctrinam quietam in  
 sua aetate interdum Concionari sciat et velle ac cum laude  
 utilitateque Ecclae, conventui nostro praesepse possit. OCTAVUM  
 vacante autem Praepositura nostra hospitalis et Conventus Cracorien:  
 per obitum vel liberam resignationem quae non in favorem  
 personae sed in manus omnium Fratrum fieri debet. Nostro  
 Praepositi totum nostrum Capitulum Praepositorum  
 ordinis s. Spiritus secundum antiquam consuetudinem et  
 praescriptum suae regulae perpetuis temporibus infra menses  
 eligent per singulorum Fratrum vota Fratrem suae professionis  
 idoneum non secundum dignitatem gentis sed secundum vite  
 meritum et sapientiae doctrinam qui interdum in Ecclae sua  
 Concionari sciat et velle cum laude ac utilitate Ecclesiae  
 hospitalis et Conventus nostro suo aliis que sibi subiectis praesepse  
 possit. Qui si ejusmodi in eodem monasterio non reperietur, tunc  
 ex alio monasterio ejusdem ordinis et Religionis secundum Statutum  
 divi Sigismundi Regis Poloniae erit eligendus Servata quoque  
 forma et modo eligendi Praepositi a Concilio Tridentino et in  
 Bullis Fratrum hospitalarium per summos Pontifices  
 praescripta taliter electum praepositum ex gremio nostro  
 hospitalis et conventus Cracorien: Sancti Spiritus toto tempore  
 vite illius in officio conservari volumus, quem non nisi in  
 generali Capitulo praepositura privabimus deponemusque  
 post binam tamen admonitionem in generali Capitulo nostro  
 nostro per Praedicatorum Cracorien: factam: idque  
 propter has causas secundum Canones si in eis legitime et  
 certo coram patribus in generali capitulo convictus fuerit.

Deposito  
 pro electis  
 per insignitas

N.

I. Si Peruicax 2. Contemptor sui ordinis 3. Negligens 4. Remissus  
 5. Dilapidator 6. Incontinentis fuerit ad eligendum præpositum  
 hospitalis et conventus nostro Cracoviën: tres dependentium  
 monasteriorum a Cracoviën: Convocabuntur Cracoviani  
 per literas conventus, ejusdem subscriptas manu propria  
 Administratores generalis. Si per Capitulum generale  
 electus fuerit, vel manu S. Iacustiani illo absente Consignatas  
 Sigillo minori Fratrum eorundem Cracoviën: Ne vero officia  
 Ecclesiarum et hospitalium nostrorum dependentium a Cracoviën:  
 aliquid desit propter absentiam Præpositi et Fratrum ad  
 eligendum igitur præpositum conventus et hospitalis Cracoviën:  
 soli præpositi vel aliqui ex Fratribus nomine sui conventus  
 et a Cracoviën: dependen: Cracoviam venire teneantur sub  
 pena non Contradicendi, cum facultate tamen totius sui conventus  
 Sigillo capituli illius loci consignata eligendi futurum præpo-  
 situm, et illi obedientiam debitam promittendi. Nonnum  
 ut præpositi Cracoviën: Sandomiriën: Calisiën: et ordinis  
 nostri diligentiores sint officii sui quisque illorum electionem  
 in Ecclesia conventus hospitalisque sui coram magno altari,  
 secundum præscriptum Regule Juramentum præstare  
 tenebitur: Ego N. Magister hospitalis et conventus istius  
 S. meorum Hospitaliariorum ordinis S. Spiritus, Juro et  
 promitto me fideliter tracturum negotia hospitalis et  
 conventus istius, quod bona Pauperum fideliter custodiam  
 et non nisi in usum eorundem et Familie per me vel alios  
 ad id legitime destinatos electosque converti ea pro virili curabo.  
 promitto quod possessiones et bona conventus istius fideliter  
 custodiam cum illius honestate et utilitate eaque non minuan  
 Sed augebo in omnibus Subjectus ero generali Capitulo Fratrum  
 meorum eorum consilia et præcepta sequar nil sine scientia  
 et consensu eorundem de bonis immobilibus et aliis meæ  
 Fidei conceditis constituam, promitto me servaturum  
 Statuta hospitalis et conventus istius in omnibus punctis et  
 clausulis, sic me Deus adjuvet et hæc Sancta Evangelia.  
 Decimum Fratres Præpositi Cracoviën: Sandomiriën:  
 Calisiën: et nil omnino cum bonis nostris immobilibus et aliis  
 illorum Fidei conceditis, constituent nullosque Contractus et

de illis faciant cum personis tam secularibus quam spiritualibus  
 tam in iure spirituali quam seculari sine scientia et consensu  
 generalis nostri Capituli sub privatione officii et poena Carcerum  
 per mensem Jejunique quarta et sexta feria. Niquiautem  
 Contractus aut obligationes Fratrum nostrorum prepositorum  
 sine scientia et consensu generalis Capituli coram quocumque Contractus  
 officio facte fuerint irritae et inanes. Undecimum.  
 Sollicite autem videat quilibet praepositor hoc est prepositus ut  
 Rebellio  
 Communitatem Fratrum id est capitulum honore, prosequatur  
 et authoritati illius non nihil tribuat consuetudinem laudabilem  
 Constitutionesque domus et precepta regule tenere faciat. Si autem aliqua  
 domus nostra seu conventus in Rebellionem contra preceptum regule  
 constitutionum seu Statutorum insumserit per Magistrum Conven-  
 tus Cracovien: cum consilio Capituli acriter puniatur: si  
 idem magister seu praepositor Cracovien: admiserit in Capitulo  
 generali puniatur. Duodecimum per quatuor tempora anni  
 primis diebus jejuniorum quatuor temporum praepositor conventus  
 cuilibet nostri cum omnibus Fratribus conventus sui Capitulum  
 celebret et in eo de negotiis domus fideliter tractet, quod si tunc  
 non fecerit, infra octo dies quam citius poterit diligenter faciat.  
 Tredecimum Semel in hebdomada ad minus, sexta feria  
 ante prandium statim post summum sacrum magister domus  
 vel qui locum ejus tenuerit cum Fratribus capitulum celebret et  
 in eo negligentias et omnes excessus odia et altercationes Fratrum  
 per singulorum vota secundum Statuta et regulam secundum  
 amorem Dei et iudicium rectum, diligenter castiget et se de  
 iniquis propriis si quas intulisse alicui Fratrum volente et  
 ignoranter illum conquestum fuerit, justificet, secundum  
 arbitrium et iudicium per vota singulorum Fratrum, in praesentia  
 S. Pabani Biscepicen: ad eam causam vocati. Quartum et M  
 Decimum Constituimus ut in Griennio Commune Capitulum  
 sint generale secundum prescriptum Lateranensis et Tridentini  
 Concilii Solemniter fiat in quo diligenter tractatus per singulorum  
 Fratrum consilium habeatur de reformatione. Primum et obser-  
 vantia regulari, deque necessariis rebus hospitium et Conven-  
 tuum nostrorum ad hoc capitulum S. Praepositus Cracovien:



cum sententia et consilio omnium suorum suum mandato consignato  
 minori suo sigillo Fratrumque suorum convocabit ante semestrem  
 omnes Praesides ordinis nostri in Polonia tempusque certum capituli  
 celebrandi assignabit. ad quod ejusmodi capitulum omnes praes-  
 positi et extranei ordinis nostri tenentur convenire, cum Praeside  
 plene facultatis a suis conventibus acceptis. Vel si legale  
 impedimentum obstiterit, idonei Praesides nomine praepositorum  
 conventuumque suorum cum Praeside plene facultatis expediantur.  
 Quintum et Decimum. Statuimus ut duo Praesides Juniores qui  
 apti ad studia videbuntur, Auditorum causa ad collegium  
 mittantur eisque praeter publicos praepositorum etiam  
 praepositorum in collegio vel in scola per praepositum Cracovien-  
 conductatur et omnia necessaria ad studia per eum suppeditentur.  
 ad consequendum vero gradum Baccalaureatus aut doctoratus  
 ex carbonum communi seu generali sumptus suppeditentur. ut  
 vero liberius studia tractent, studiis addicti Praesides eosdem liberos  
 a Choro et aliis domesticis obsequiis praeterque ubi lectiones  
 publice vel private a praepositoribus non legentur liberos Praesides.  
 id quod de duobus tribus idem de uno pluribusve, prout fors  
 postulaverit, observandum erit. Sextum et Decimum.  
 Doctores et magistri Religionem ordinis nostri, utroque suscipientes  
 ceterique docti viri, quorum doctrinae certa indicia fuerint merito  
 honore et favore provisione hocque boni et boni dignari a Praesidibus  
 monasteriorum nostrorum debebunt. quare vacantis beneficiis  
 nostris qui aptiores fuerint praecipue proficiantur praesides que  
 debent. sique cum Praesidibus facti fuerint et cum eis Concionatores,  
 licet non sit promotus a dextra parte praepositi Cracovien-  
 existente Praesidibus a sinistra parte ejusdem praepositi observantes  
 semper promotionis ante alios Praesides (qui semper Praesidibus  
 in Religione Incepti inter se servare semper et ubique debent)  
 locum habebunt domi foris que eadem ratione prioritatis servata  
 in generali capitulo ex parte Fratrum praepositorum extraneo-  
 rum non promotorum, Administrator generalis si is in capitulo  
 generali obiectus fuerit, ubique hocum vicinorem Praeposito Cracovien-  
 praeter ceteris omnibus habebit. Septimum et Decimum per hebdomadam  
 unius Fratrum Juniorum vel probatorum Legat unum Capitulum  
 ex Praesidibus latine propter dicendum actutum singulis diebus tempore

prandii cenantibus vero Fratibus hoc idem capitulum in sermonibus  
 polonicum transferat interpreteturque coacti causa, interidum  
 Junius. Tunc tempore prandii concionabuntur singuli illorum  
 semel in duabus septimanis. Octavum et Decimum Praeceptor  
 ad communem mensam. Primum semper comedat nisi propter  
 hospites vel alias ex honesta causa necessaria non poterit esse sedentes  
 ad mensam praepositus et tres pro posse teneant silentium  
 et si opus fuerit, non nisi pia et honesta loquantur, sub praena  
 vinctus panis et aquae. Praepositus seu magister si voluerit in  
 audientia omnium pro necessitate loqui poterit cum discretionem in  
 mensura id faciat. Nonum et Decimum Qui Fratrum domo  
 non comederit sine praepositi aut illius vice gerentis, licentia  
 tribus diebus continuis jejumet in pane et aqua, et quatuordecim  
 diebus in terra sine mappa comedat. Siquis autem Fratrum  
 a mensa cum indignatione fuerit, aut non in iusto prandio  
 acceptane facultate et sine rationabili causa quatuordecim  
 diebus peniteat. Vigessimum ne praepositus cras in consulto  
 et incognito suo capitulo, temere aut suspecte aliquid agere videretur,  
 cum illorum debet esse idem velle idemque nolle statimius perpetuis  
 temporibus ut mandata scripta qualiacumque praepositi cras  
 ad extraneos tam praepositos quam tres dentur utroque sigillo  
 minori scilicet praepositi et capituli munita aliter oblata tanquam  
 suspecta, irrita sunt. Vigessimum primum Solitum hactenus  
 erat quod praepositus Cracoviensis. S. Sui Cracoviensis  
 monasterii ad alia dependentia claustra, odio, ira, vel falso  
 accusatos, etiam maxime utiles domui Cracoviensis: magis quam  
 domui ad quam mittebantur mittere, et alios isthinc revocare solebat.  
 proinde constituimus ne praepositus modernus et pro tempore  
 existens, Fratres conventus sui in partes mittat nisi capitulariter  
 electos capitulariter que vocandos ex partibus vocet, talem qualis  
 loco necessario utilis videbitur, vel penitentiae aut correctionis causa  
 idque cum mandato seu litteris obedientiae minori sigillo suo,  
 Fratrumque consignatis. Vigessimum secundum Statuimus  
 ut si frater domus seu conventus S. Spiritus Cracoviensis  
 moraturus in aliquam domum seu conventum nostrum dependen-  
 da Cracoviensis: transmittatur. Vigessimum Tertium Statuimus

Quidam

M

Mutatio

M

M

Fratribus prepositis Fratrumque Prebano Biscupicen: omnimodam  
 facultatem damus ut Freres suos in omni officio honestates et prelate  
 retineant et ab omni negligentia licentia et ~~im~~ pietate abducant. Fratribus  
 vero mandamus in virtute sancte obedientie ut eis in his aliisque licitis  
 et honestis mandatis obedientes sint. quod si vero aliquis Fratrum  
 extraneorum post trinam admonitionem sui prepositi in capitulo factam,  
 et correctionem illius caritativam inobediens incorrigibilis que Frater  
 preposito videbitur hunc S. Prepositus datis illi Freres obedientie sigillo  
 conventus sui clausis, in quibus etiam delictum illius continetur, ad  
 monasterium Crac ordinis nostri ire faciat, ut secundum Prescriptum  
 regule et arbitrium prepositi quumque corrigatur Provisio tamen  
 ei detur quae ad locum illi assignatum venire possit, videlicet pro quolibet  
 die itineris, grossum unum vel plus pro ut preposito videbitur. Frater  
 S. Prepositi extranei suis Fratribus in domo Crac nostra usitatum  
 necessario dare tenebuntur. Vigessimam quartam non negligenda  
 etiam erit mundicia Fratrum, idcirco constituimus ut S. Prepositi  
 post decursum duarum septimanarum si balneum domi non habuerint  
 ad lavandum Frater Presbiteris grossum aliis vero medium irruere  
 sub pena duorum grossorum S. pro solvendo habuerint vel balneas  
 appropinquabunt. Vigessimam quintam: S. prepositi pro tempore  
 existentes, cum nihil proprium habent sed Fratrum commune omnium  
 qui victu et amictu contenti esse juste debent. Igitur non solum victu  
 sed et vestitu teneantur providere eos. Cum itaque alicui Fratrum  
 omere contigerit Vestem ad sortem census illius, quam pro parte sua  
 capit prepositus reliquum quod ad vestem emendam Fratri deest  
 addiciet omniaque necessaria pro posse, ex tella comparabit vestem indusia  
 pro ~~pro~~ cooperacula cusinorum et manuteria. Freres vero relique  
 ex censu, sibi parabunt. Vigessimam sextam Quilibet Fratrum  
 Cracovien: exercitationis causa tempore quadragesimali certa die  
 Aniali, cujuslibet Septimane per S. Sacristanum assignata et  
 in adventu domini concionabitur. Aliis vero temporibus anni Serius  
 tantum festis S. alternatim predicabunt, sub pena Carceris unius  
 septimane et jejunii in pane et aqua quarta et sexta feria Domi-  
 nicis vero diebus et celebrioribus festis S. Predicator (quem  
 ex suis Fratribus perpetuo habere volumus) ordinarius predicabit  
 S. Prepositi ad minus quater in anno in suis Ecclesiis Concionariis  
 tenebuntur. Si ad frequentius faciendi illis negotia domestica  
 non permiserint. Sacramenta Ecclesie alternatim Freres per  
 septimanam quisque suam Cracovia administrabunt.

Prebendam Discepien velipse vel Fr̄ ejus in Festis Indulgen-  
 tiarum nostrarum, et in processionibus rogationum, et corporis  
 Christi singulis annis in monasterio nostro Cracovien: adesse tenebitur. **W**  
 Vigessimum Septimum Pristinam Consuetudinem laudabilem  
 revocantes, et in suum ordinem debitum reducentes mandamus  
 Fr̄ibus Sandomirien: et Calisien: ee in virtute sancte  
 obedientie ut singulis Sabbatis diebus dominicisque et celebri-  
 oribus Festis, eorumque Vigiliis hora Vesperorum, loco des parti-  
 narum precum aliquid in Dei gloriam in sua Ecclesia cantent:  
 matutinasque preces cum celebribus Festis non praetermittant.  
 Vigessimum octavum Constituimus ut perpetuis temporibus  
 in Capitulo generali, Fr̄es predicatorum hospitalarii, Sacristiani  
 in Ecclesiis hospitalibus que Conventuum nostrorum in quibus  
 secundum praescriptum Regulae ad minus quatuor clerici esse debent  
 Decimatorque Cracovien: constituantur; et per singulorum Fratrum  
 vota eligantur: vel iidem retineantur ad aliud generale capitulum.  
 Fr̄es sui et modesti exemplares et Fideles diligentesque officiorum  
 suorum ut veris Fideles diligentiores sint, hanc eis moderis et  
 pro tempore existentibus, provisionem et Salarium assignamus.  
 Fr̄. Predicator Prebendam S. Benedicti cum proventibus ejusdem  
 tempore predicaturae, possidebit. Fr̄. Sacristanus Cracovien:  
 altare S. Zophiae cum censu duodecem Florenorum ad id per-  
 tinentium tempore sui officii possidebit; Portas obligatas eidem  
 altari equaliter inter Fr̄es secundum ordinem dividen: idem offertam  
 omnem capiet ad emendum vinum Ecclesiae vestes resarsien: et abhen:  
 Convertendam ad necessaria Ecclesiae a Fr̄e proposito nullam spera-  
 turus omnia onera Ecclesiae cum ceteris Fratribus idem perferet et  
 a participatione census Fratrum alienus erit. Quamdiu aut Fr̄.  
 predicator non venerit ad possessionem prebende S. Benedicti,  
 censum altaris S. Zophiae videlicet Florenos duodecem, singulis  
 annis capiet et Ecclesiae obligatas per se vel aliquem Fratrum exple-  
 tenebitur. Sacristanus vero partem capiet census Fratrum. Fr̄.  
 hospitalarius Cracovien: ultra sortem Census Fratrum ex Carbanas  
 hospitalis nostri Cracovien: singulis annis marcas quatuor,  
 Sandomirien: marcas duas Calisien: Marcam unam ex Carbanas  
 sui hospitalis, ultra Census Fratrum singulis annis capient.  
 Fr̄. Predicatores ibidem praepositi ex bonis conventus pro parte  
 providebunt.

Adminis  
Genera

Administratio  
Generalis

Vigesimum Nonum ordinetur etiam eligaturque in generali  
 Capitulo aliquis Frater circumspectus, Sapientia et doctrina  
 conspicuus, providus in rebus gerendis et in administratore  
 generalem hospitalium et conventuum ordinis nostri in Polonia  
 qui singula hospitalia et monasteria ceteraque bona monasteriorum  
 nostrorum secundum formam illi prescriptam, secundum  
 statuta precepta que regula exhibito secum attulit honesto et  
 videt spiritualium et temporalium curam diligenter in illis  
 circumspiciat, corrigatque et reformet, qua correctionis et  
 reformationis officio videbuntur indigere quique auctoritate et  
 facultate generalis Capituli inscriptis data, habeat Superioritatem  
 in omnes et Frater Praepositos et dependentium monasteriorum a  
 Cracoviensibus in hospitalarios compromissores que et alios Frater  
 ordinis nostri, tanquam Praepositus noster Cracoviensibus usque  
 ad aliud generale Capitulum. Penes hunc debent esse liber  
 Copiarum Privilegiorum omnium decretorum et Statutorum  
 et ex parte hospitalium et conventuum nostrorum per hunc  
 privilegia omnia et Statuta in generali Capitulo Fratribus  
 ostendi et legi debent. Praeterea tempore visitationis Statuta  
 que ex parte pauperum sunt, in hospitalibus legi et exequi  
 curabit; que vero ex parte subditorum, in Convocationibus  
 eorumdem ex parte praepositorum et Fratrum in Convocationibus  
 eorum legi et exequi curabit; Quia enim habere leges nisi  
 exequantur. hic nomine omnium nostrum coram quovis officio  
 tam seculari quam spirituali, in omnibus causis nullis penitus  
 exceptis, ex parte hospitalium, conventuum, subditorum, bonorumque  
 eorumdem habebit omnimodam facultatem, causas intendendi,  
 prosequendi, continuandi, sopiendi que et in forma mandati  
 plenissima tanquam ipsi praesentes ad ejusmodi actus spectemus et  
 ea recipemus. hujus Consilium Frater Praepositus Cracoviensibus  
 in omnibus negotiis tam privatis quam publicis scientiam et  
 consensum in omnibus sequi debet. hic in absentia Praepositi  
 Cracoviensis vice illius in omnibus ex parte Fraterum et subditorum  
 geret et supplebitque locum ad mensam et in choro vicinorem  
 praeposito occupabit. huic decimam pro labore et servando uno  
 famulo atque servitore in villa Tabloezie vicariatum Sancti  
 Floriani claudiae assignamus. idem quoque factor Cracoviensibus  
 et Wromnen: et erit mansionem habeat Cracovia, sub mansionem  
 Fr. Praepositi Cracoviensibus in custodia vicina coquina conventus

M

per F. albertum Basium sezebrésinen: artium magistrum  
 primum administratorem generale restaurata ornataque quod si  
 F. prepositus Craconien: pro tempore existens sapientia doctrina  
 claruerit et administrandorum bonorum omnium nostrorum  
 consentuum hospitaliumque quauis videbitur liberum erit sine  
 ejusmodi administratore esse: ita tamen ut omnia ea que admi-  
 nistratori generali prescriptimus: F. Prepositus Craconien:   
 diligenter utiliterque et cum laude ordinis nostri, exequatur  
 Trigesimum hoc quoque perpetuo observandum a Tribus  
 decernimus, ut quilibet illorum ad Carbanam Inconuentus  
 esse censu suo decimum grossum reponat, sub pena excommuni-  
 cationis propter infirmos Fros communemque Frum nec-  
 essitatem quod ut certius fiat, Fros prepositi diligenter  
 attendant, penamque statutam in negligentes attendant  
 pro ipsis soluturi si negligentes ipsi in attendendo fuerint.  
 Trigesimum primum Constituimus unanimi consensu  
 nostrum sententia et voto ut nulli Fratri qui insignem ignomi-  
 nam conventui fecerit officia et beneficia conferantur  
 Vest propositurae hospitalarii Sacristiani Decimatoris, Dispen-  
 satoris et Actoris maxime vero administratoris generalis, sed  
 abque ejusmodi officio in monasterio maneat locumque  
 ultimum circa mensam et in choro tanto tempore quo vagaban-  
 tur inter Fros habeant eisque cum probantibus alternatim  
 seruiant. Pius tamen secundum prescriptum Regule  
 quadraginta diebus manducet in terra quarta et sexta feria  
 panem cum aqua et tanto tempore ut Regula docet in carceribus  
 detineantur. Trigesimum secundum Bonareheta  
 post obitum tam prepositorum quam Fratrum collecta  
 seruentur si proprii libri fuerint communitati adscriban-  
 tur, vestes et lectisternia indusia se in capitulo Tribus non  
 habitantibus distribuantur. Si autem non fuerint reperti  
 Fros tales qui ejusmodi rebus acquirit in depositario Vestium  
 diligenter seruentur, non ad vendendum aut alienandum  
 sed legens Tribus gratis distribuere. Pecunia si fuerit  
 in carbanam Fratrum propter infirmos Fros ponatur.  
 esse monasterio vero Sandomicium: Calisien: si vestes et  
 lectisternia relicta post mortem preposito vel Fratris, si

Ignominia  
facta  
Conuentui

M

Statuta  
Legantur

Nota  
diligenti

istis non videbuntur necessaria proprio legitimo que usui  
 Frum ad monasterium Cracoviense: Sub pena excommunicationis  
 ipso facto incurriendi per Fratres fideliter mittantur novitiis  
 et regis Fratribus servanda et distribuenda. Trigesimum  
 tertium nullus tam clericorum secularium quam adolescentium  
 nobilium aut quorumvis aliarum personarum per magnatos  
 viros tam spirituales quam seculares oblatorum ad probam  
 vel habitum suscipiendum ordinis nostri a Fratre Praeposito  
 Cracoviense: recipiatur nisi in generali Capitulo. qui autem sese  
 ultro obtulerit et habuerit commendatos mores vitam et studia  
 post probam unius anni explorata cum gaudio recipiat. Recipiendi  
 ad probam inscribantur ad regestrum probantium de nomine  
 sup prius que est patrie die et anno professoris regula et  
 statuta domus legantur in capitulo vel apud magistrum  
 novitiorum. Trigesimum quartum Con Fratres Negligentes  
 Divinorum officiorum in Ecclesia nostra Cracoviense: poenam ejusmodi  
 statuimus. absens Frater in matutinis vel precibus respectivis  
 medium grossum in prima vel maturo sacro solidum in tertia  
 vel sexta vel nona ternarium debitum Sacrum hoc e missam  
 non celebrans ad Carbanam infirmorum Fratrum. ut semper ibi  
 reponere unum grossum sub pena carcerum. Si autem pecuniam  
 non habuerit eo tpe, quo puniendus erit per Fratrem sacristanum  
 in regestro negligentiarum notetur, circa divisionem census  
 ex sorte illius pro quavis negligentia capiatur et in Carbanam  
 reponatur. A negligentia et pena ejusmodi. Praedicatorum  
 administratorem que generalem, decimatorem et Factorem  
 si negotiis domesticis certo occupati fuerint erimus. Trigesimi-  
 mum quintum Siquis Fratrum habuerit necessitatem  
 aliquo eundi propriam vel consentus cum licentia et scientia  
 praepositi vel illius vice gerentis et cum altero Fratre vel cum quo illi  
 vice superint eat, qui sine licentia et mandato ire praesumpserit  
 prima vice tempore prandii in terra sedeat secunda duobus diebus  
 tertia vice septem diebus, et jejuset in pane et aqua quarta et  
 sexta feria. Provideat aut magister hoc est praepositus  
 honestam societatem. Fratri ex monasterio alicubi eunti tam  
 in propriis quam domesticis negotiis. Trigesimum sextum  
 nullus Fratrum aliquid inhonestum de domo vel de Fratre  
 suo coram extraneis loqui praesumat, quod si de aliquo compertum

Statuta  
legantur

M

Nota  
diligenter.

fuerit, habitum amittat. Si vero misericordiam petierit habitus  
 ei reddatur, et ad domum aliam transmittatur. Si autem id implere  
 fecerit cum magistro consilio acriter puniatur. Nec praesumat  
 quisque Fratrum Foris referre quocumque viderit et audierit in  
 capitulo, nemo sit Frater qui Foris dicta eliminet et quis  
 contrarium fecerit. Septem diebus poeniteat quarta et sexta feria  
 in pane et aqua jejunet. Trigésimum Septimum. Siquis  
 Fratrum contra Consilium Senioris partis capituli aliquid  
 facere ausus fuerit: quatuordecim diebus poeniteat. Praecipue  
 de ordine nostro hoc eritium radicibus amputandum est, ne quis  
 Fratrum praesumat transire de loco ad locum sine Jussu magistri.  
 Siquis secus fecerit secundum arbitrium magistri puniatur. Trigésimum  
 Octavum. Qui Fratrum biberit ad ebrietatem septem diebus poeniteat  
 et jejunet in pane et aqua quarta et sexta feria: postea a Praepo-  
 site corripatur; et si in ebrietate sua perseverare voluerit ad aliam  
 domum mittatur in qua Cerevisia abundantia non sit. Siquis  
 Fratrum in taberna cito deprehensus fuerit, tempore diurno  
 per diem in carcere detineatur tempore nocturno per diem et noctem  
 carereque Cerevisia et jejunet quarta et sexta feria in pane  
 et aqua. Trigésimum Nonum. Siquis Fratrum dominum  
 dormierit, habitum amittat, id est vestes et lectisternia et prohibe-  
 antur ei oratoria; et si a domo receperit et postea reversus fuerit,  
 misericordiam que petierit, recipiatur et quantum temporis exierit  
 Foris, tantum in carcere permaneat, et si magistro cum Fratribus  
 videbitur habitus ei reddatur per quadraginta vero dies poeniteat  
 quarta et sexta feria in aqua et pane. Jejunet. Quadragésimum  
 Nullus Fratrum alium Fratri verbis inhonestis afficiat aut  
 denique culpet. Proditorem, Mendacem vel Filium meretricis,  
 Furem aut Fallacem nominet, qui in culpis ipsis eeciderit, non  
 sit sine poena, sed per sex dies puniatur graviter; Vel si in Proba-  
 tione ~~exierit~~ defecerit, poenam quam culpatus passurus erat  
 sustinebit. Quod si vero aliquis Fratrum Penam Statutam scripto  
 vel voto unanimi Fratrum observare tenuerit duplicetur et Pena  
 qui si non complerit a Praeposito coram capitulo moneatur, si vero  
 ad mandatum Capituli non fuerit cruce et a veste insignum  
 et notam ignominiosae auferatur sine capitulo generalis voluntate  
 non reddenda. Si autem cruce ablata obedientias sibi injunctas  
 observare noluerit secundum Formam privilegii ab Innocentio  
 111 Papa ordini Fratrum hospitaliariorum data, sicut Curator

M

Contra  
Consilio

M

M

M

Curator

M

M

M



domus puniatur. Si quis Fratrum peccans eae decreto Capituli  
 penitentiam agere inceperit et contigerit aliquas magnas personas  
 aut religiosas pro illo intercedere seu precibus suaderi ad magistrum et  
 capitulum ut illi clementer indulgere dignetur. eorum petitis libenter  
 et liberatiter debent acquiescere. Si qui penitenti seu penam decretam  
 perferre incipienti indulgere. **Quadragesimum Primum.** Si Frater  
 attercatus fuerit cum aliquo Fratre et clamorem praepositor audierit  
 talis sit pena septem diebus Jejunat quartam et sextam in pane  
 et aqua comedens in terra tempore prandii; corrumpunt enim bonos  
 mores colloquia prava. Si Frater Fratem percusserit quadraginta  
 diebus manducet in terra. Et si an crinem effuderit habitum vel vestes  
 et lectisteria amittat et pro his dentur ei viliora. Si vero vulnerato  
 Fratre a domo recesserit et postea reversus fuerit, praeter habitum  
 amissum quadraginta diebus manducet in terra Jejunans quartam et  
 sextam in pane et aqua, atque tantum temporis detineatur in  
 carceribus quantum foris coetitit. **Quadragesimum Secundum.**  
 Si aliquis Fratrum Servientem conventui percusserit, peniteat  
 per septimanam, si sanguinem secert excepto Naro quadraginta  
 diebus, si vero ex illa plaga obierit habitum perdat, et ad suum Ponti-  
 ficem tendat penitentiam ab eo petiturus. Postea si tras a Summo ponti-  
 fice fecerit attulerit et misericordiam quaesierit, salsa justitia domus  
 quadraginta dies penitentiam agens recipiatur. **Quadragesimum**  
**tertium** Si Fr. aliquam rem hospitalis aut conventus, aut  
 alicujus Fratris videlicet pecuniam, vestem lectisteria libros  
 vel alia suppellectilia subtrulerit et in usum suum converterit per  
 quadraginta dies in carcere detineatur, quarta et sexta feria in  
 pane et aqua Jejunans renaque sublatam vel restituat vel pro  
 ea satisfaciat. **Quadragesimum quartum** nemini ex hinc  
 ultra ab octo diebus concedatur mansio in monasterio nostro,  
 et non nisi cum consensu et voluntate praepositi et Capituli. Si  
 aliquis Religiosus venerit ad hospitandum in domibus nostris  
 quasi servus dei benigne suscipiatur. Charitative illi ministratur  
 Si vero aliqua magna persona in domum seu aliquod monasterium  
 nostrum venerit, hospitium illi pro conditione praeparatur et secundum  
 possibilitatem ipsius domus reverenter ei serviatur. **Quadrage-**  
**simum quintum** Si quis Fratrum lucinolis in soribusque Solus,  
 Theseris seu alio quocumque genere Audendi propter questum  
 tam extra quam domi huiusmodi comprobatus fuerit, a signentur illi  
 in capitulo per P. Praepositum Carceres et in eas conficiatur  
 toties, quoties id fecerit pro qualibet commissione ulterius augendo

tempus detentionis in carcere et diminuendo victum et potum usque  
ad victum panis et aque, quod si ulterius non redierit secundum  
arbitrium prepositi et Primum aerius puniatur. Quadragessimum  
Sextum si aliquis Fratrum eorum familiaritate hereticorum suspectus  
in aliqua domo fuerit, in capitulo moneatur et mandetur eire  
parte capituli, at eorum familiaritatem vitet: quod si post  
preceptum capituli vitare noluerit in carcere segregatus ab aliis  
penitentiam agat. Si quis aut Fratrum in heresim incidit et  
hoc ad notitiam Fratrum pervenerit in generali capitulo, Tribus  
omnibus per visitatorem vel prepositum loci illius deservatur  
corrigendus secundum consilium Fratrum. Si quis aut Fratrum  
alicui Fratris hereseos crimen obegerit et probari nequiverit penam  
patiatur quam ille passurus erat. Quadragessimum Septimum  
Magister seu prepositus ordinis nostri si habuerit necessitatem  
aliquo eundi, convocet Fratres et dicat quo et propter quid iturus  
sit, eligaturque de Fratribus unus ab omnibus qui ad iudicium  
Inum regat domum, ipse vero qui eligetur debet esse non multum  
edax, non elatus non turbulentus, non Inguosus, non tardus non  
prodigus, sed timens deum, sitque memor verbi apostolici: qui  
bene administraverit quod dicitur bonum sibi acquirit, et si reprobus  
fuerit reprehensibilis admonetur, correctusque primo secundo et  
tertio, si emendare noluerit deponatur, et alter in locum eius, qui  
dignus est succedat. Si vero administrator generalis, in capitulo  
generali electus fuerit ille in Monasterio Cracovien: in omnibus  
Fratris prepositi absentis vices supplere tenebitur. Nos itaque  
Sigismundus Augustus rexe prefatus supplicationi ejusmodi  
Consiliariorum nostrorum benigne annuentes animadvertentes que  
quod Statuta Super Scripta ad bonum regimen et ordinationem  
utilitatem et honestatem hospitalium conventuum que et Subditorum  
incolarum Supradictorum Fratrum hospitaliariorum videlicet  
Cracovie, Sandomiriae, Calisiane pertinent eadem et omnia in  
eis contenta auctoritate nostra regia vetusta innovari: neglecta  
revocari: et in abusum versa debite executioni demandamus et  
Super eadem consentimus, per presentes litteras nostras decernentes  
ea robur debite et perpetue firmitatis obtinere debere. Preterea  
Volumus et decernimus, ne quisquam Subditorum nostrorum, cujus  
cumque Status et conditionis fuerit Jurisdictionem illorum  
hospitalium, sine quibus ipsorum ordo seu religio esse non  
potest, et Subditorum eorumdem vest qui in fundo et bonis  
monasteriorum nominatorum, tam in civitatibus nostris videlicet

112  
Jurisdictione  
probatum

In.  
1569

Cracovia, Sandomiria, Calisia, Wielicia, ee quam extra morantur et  
 constitui esse sese ingerat; nec ad personas in hospitalibus eorum decumben-  
 tes Subditos que Incolas prefatos ullam jurisdictionem suam Con eorum  
 regulam Statutaque et prima privilegia eorum extendat quod ad univer-  
 sorum et Singulorum Subditorum nostrorum cujuscumque Status  
 fuerint, praesertim vero Proconsulum, Consulium civitatum nostrarum  
 Cracovien: Sandomirien: Calisien: Lepardien: Casimiriien:  
 Wielicien: ee notitiam deducentes mandamus ut hospitalia prefata  
 et Monasteria in Statutis prefatorum Scitrum hospitalium et  
 monasteriorum per nos renovatis et approbatis conservent in Jurisdictione q  
 ipsorum hospitalium et Subditorum in Simdis illorum propriis  
 tam in civitatibus nostris quam extra consistentium sese ingerant,  
 suamque in Pauperes et Subditos illorum prefatos Jurisdictionem ne  
 extendant, pro gra nra et gravi indignatione, in ejuorei e idem  
 Sigillum nostrum pntibus est sub appensum. Datum Lublin in curia  
 regni nostri generali die vigesimo mensis Maii anno Domini millesimo  
 quingentesimo nono Regni vero nostri anno quadragesimo

In:  
 1569

1569 - die 20. Maji Lublini.

M. Valentin  
 Gombin sty de Dembrany  
 R. P. Canallary

